



**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,  
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,  
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,  
ex Eusebio Cæsariensi ...**

**Eusebius <Caesariensis>**

**Haer. Chr. Egen., 1571**

**VD16 E 4284**

114. Ex Libro IX. Historia de interfectis à Theodosio Imperatore 7000.  
ciuum Thessalonicensium, propter motam seditionem, in qua Vdericus  
præfectus & multi alij nobiles vivi interfecti sunt: & ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

**O**, Inquit, Philosophe, meus codex natura-  
ra creaturarum est, & adest cum vo-  
luero, verbaq; mihi relegit Dei, Ibidé.

*Christicola quondam insanis cessere tyrannis,  
Sylvarum occultos & petiere locos.*

*Vt studijs tuti possent incumbere sacris,  
Fundere & ad Dominum nocte dieq; preces.*

*Hos inter sanctus pietate Antonius omnes  
Prævaluit vite conditione sua.*

*Quo se soletur syluis, hic fortè rogatus,  
Cum careat libris, talia dicta dedit:*

*Est meus hæc ingens rerum natura libellus,  
Quo lego præsentis plurima signa Dei.*

*Hoc lucet bonitas magno & sapientia libro,  
Summi qui seruat cuncta regitq; Dei.*

*Hoc me consolor, liber hic mihi perlegit omni,  
Quò spectant oculi facta notanda, loco.*

„ *Herbula vel quævis præsentem ostendit adesse,*  
„ *Qui fouet & seruat cuncta creata, Deum.*

114. EX LIBRO IX. HISTORIA

de interfectis à Theodosio Imperatore  
7000. ciuium Theffalonicensium, pro-  
pter motam seditionem, in qua Vdericus  
præfectus & multi alij nobiles viri inter-  
fecti sunt: & oratio S. Ambrosij ad Theo-  
dosium, qua ipsum à templo repulit,  
donec de iniusta cæde ageret pu-  
blicè pœnitentiam. Ca. 30.

Regnare  
coepit  
Theodo-  
sius, An-  
no Chri-  
sti circi-  
ter 383.

Theffa-

*Theſſalica Elæo fuit vrbs certamine clara,  
 Fortibus & doctis inclyta facta viris.  
 Hac vbi Circenſes ludi celebrantur in vrbe,  
 Plebs agitur dira ſeditone furens.  
 Præfectum occidit plebs quo furioſa tumultu,  
 Atq; alios claros ſtemmate & arte viros,  
 Cæde Theodoſius tali commotus ad iram,  
 Non retinet mentis frena regenda ſua.  
 Sed mittit turmas flagranti percitus ira,  
 Quæ iugulant ſeptem millia in vrbe virum.  
 Hanc poſtquam ſtragem perceperat aure cruentã  
 Ambroſius, toto pectore condoluit.  
 Atq; Theodoſium ſacra depellit ab æde,  
 Quod fuerit tantæ cædis in vrbe reus.  
 Talibus affatur præſul pietate verendus  
 Cæſarem, vbi templi tecta ſacrata petit:*

115. ORATIO AMBROSII AD  
Theodoſium.

**N**Ëſcis Imperator, perpetratæ à te cædis  
 quanta ſit magnitudo? neq; poſt pau-  
 ſam tanti furoris, mens tua mole præ-  
 ſumptionis agnoſcit? ſed fortè recognitio-  
 nem peccati prohibet poteſtas imperij. Decet  
 tamen, vt vincat ratio poteſtatem. Scienda  
 quippe natura eſt eiusq; mortalitas atq; reſo-  
 lutio, & puluis progenitorum, ex quo facti, &  
 in quem redigendi ſumus, & non flore pur-  
 pureo